

Anna Tarwacka

O początkach prawa i wszystkich urzędów oraz o następstwie prawników : 2 tytuł 1 księgi Digestów : tekst - tłumaczenie - komentarz

Zeszyty Prawnicze 3/1, 197-242

2003

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej bazhum.muzhp.pl, gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

TŁUMACZENIA
MONUMENTA AERE PERENNIORA

ANNA TARWACKA

Uniwersytet Kardynała Stefana Wyszyńskiego

*O POCZĄTKACH PRAWA I WSZYSTKICH URZĘDÓW
ORAZ O NASTĘPSTWIE PRAWNIKÓW
2 TYTUŁ 1 KSIĘGI DIGESTÓW
TEKST – TŁUMACZENIE – KOMENTARZ*

Prezentowany poniżej drugi tytuł pierwszej księgi *Digestów* justyńskich zawiera fragmenty dzieł dwóch autorów: Gaiusa i Pomponiusa.

Gaius, znany przede wszystkim jako autor *Institucji*, napisał również komentarz do Ustawy XII Tablic w sześciu księgach, który do naszych czasów dotrwał jedynie w postaci krótkich cytatów umieszczonych przez kompilatorów w *Digestach*. Fragment zawarty w D.1,2,1 to jednak typowy wstęp propedeutyczny. *Liber singularis enchiridii* jest natomiast podręcznikiem dla studentów prawa (αεγχειρίδιον z greckiego to właśnie coś podręcznego, podręcznik). Jego autor, Pomponius, to prawnik z czasów cesarza Hadriana. Zamieszczone w tym tytule *Digestów* fragmenty dzieła Pomponiusa obrazują historię źródeł prawa rzymskiego, kolejność i okoliczności powstawania urzędów oraz biografie słynnych jurystów.

DIGESTA IUSTINIANI AUGUSTI
*DE ORIGINE IURIS ET OMNIUM MAGISTRATUUM
ET SUCCESSIONE PRUDENTIUM*

D. 1,2,1 (Gaius libro primo ad legem duodecim tabularum):

Facturus legum vetustarum interpretationem necessario prius ab urbis initiis repetendum existimavi, non quia velim verbosos commentarios facere, sed quod in omnibus rebus animadverto id perfectum esse, quod ex omnibus suis partibus constaret: et certe cuiusque rei potissima pars principium est. deinde si in foro causas dicentibus nefas ut ita dixerim videtur esse nulla praefatione facta iudici rem exponere: quanto magis interpretationem promittentibus inconveniens erit omissis initiis atque origine non repetita atque illotis ut ita dixerim manibus protinus materiam interpretationis tractare? namque nisi fallor istae praefationes et libentius nos ad lectionem propositae materiae producunt et cum ibi venerimus, evidentiolem praestant intellectum.

D. 1,2 (Pomponius libro singulari enchiridii):

pr. Necessarium itaque nobis videtur ipsius iuris originem atque processum demonstrare.

1. Et quidem initio civitatis nostrae populus sine lege certa, sine iure certo primum agere instituit omniaque manu a regibus gubernabantur.

2. Postea aucta ad aliquem modum civitate ipsum Romulum traditur populum in triginta partes divisisse, quas partes curias appellavit propterea quod tunc reipublicae curam per sententias partium earum expediebat. et ita leges quasdam et ipse curiatus ad populum tulit: tulerunt et sequentes reges. quae omnes conscriptae exstant in libro Sexti Papirii, qui fuit illis temporibus, quibus Superbus Demarati Corinthii filius, ex principalibus viris. is liber, ut diximus, appellatur ius civile Papirianum, non quia Papirius de suo quicquam ibi adiecit, sed quod leges sine ordine latas in unum composuit.

DIGESTA JUSTYNIAŃSKIE
O POCZĄTKACH PRAWA I WSZYSTKICH URZĘDÓW
ORAZ O NASTĘPSTWIE PRAWNIKÓW

D.1,2,1 (Gaius w księdze pierwszej o ustawie dwunastu tablic):

Uznałem, że skoro mam zamiar interpretować stare prawa, powinienem najpierw wrócić do początków Miasta nie dlatego, żebym chciał sporządzać długie komentarze, ale ponieważ sądzę, iż we wszystkich sprawach doskonale jest to, co składa się ze wszystkich swoich części, a z całą pewnością najważniejszą częścią każdej sprawy jest początek. Poza tym, skoro dla tych, którzy bronią spraw na forum, jest – że tak powiem – zbrodnią przedstawiać sędziemu sprawę bez uprzedniego wprowadzenia, to o ile bardziej dla tych, którzy obiecują interpretację, niezręczne będzie – ominąwszy początki i nie powtórzywszy pochodzenia, jakby nieumyślnie ręk – od razu przechodzić do sedna sprawy? Jeśli się bowiem nie mylę, wprowadzenia te powodują, że chętniej czytamy na przedstawiony temat i, kiedy do niego dotrzemy, pozwalają na lepsze jego zrozumienie.

D.1,2,2 (Pomponius w księdze jedynej enchiridionu):

pr. Wydaje mi się konieczne ukazanie początków oraz rozwoju samego prawa.

1. Na początku zatem naszego państwa lud postanowił działać bez pewnych ustaw, bez pewnego prawa; wszystkim własnoręcznie kierowali królowie.

2. Później, kiedy państwo się nieco rozrosło, sam Romulus – jak głoszą przekazy – podzielił lud na trzydzieści części, które nazwał kuriami, ponieważ wówczas troszczył się (*curam expediebat*) o państwo, biorąc pod uwagę zdanie tych części. I w ten sposób nadał ludowi ustawy zwane *leges curiatae*: nadawali je również następnii królowie. Wszystkie te ustawy zostały spisane w księdze Sextusa Papiriusa, który żył w tych samych czasach, co Superbus, syn Demarata z Koryntu, jednej z ważniejszych ówczesnie postaci. Księga ta, jak pisałem, nazywa się *ius Papirianum* nie dlatego, że Papirius dodał tam coś od siebie, ale dlatego, że zebrał w jedność ustawy wydawane bez porządku.

3. Exactis deinde regibus lege tribunicia omnes leges hae exoleverunt iterumque coepit populus Romanus incerto magis iure et consuetudine aliqua uti quam per latam legem, idque prope viginti annis passus est.

4. Postea ne diutius hoc fieret, placuit publica auctoritate decem constitui viros, per quos peterentur leges a Graecis civitatibus et civitas fundaretur legibus: quas in tabulas eboreas perscriptas pro rostris composuerunt, ut possint leges apertius percipi: datumque est eis ius eo anno in civitate summum, uti leges et corrigerent, si opus esset, et interpretarentur neque provocatio ab eis sicut a reliquis magistratibus fieret. qui ipsi animadverterunt aliquid deesse istis primis legibus ideoque sequenti anno alias duas ad easdem tabulas adiecerunt: et ita ex accedenti appellatae sunt leges duodecim tabularum. quarum ferendarum auctorem fuisse decemviris Hermodorum quendam Ephesium exulantem in Italia quidam rettulerunt.

5. His legibus latis coepit (ut naturaliter evenire solet, ut interpretatio desideraret prudentium auctoritatem) necessarium esse disputationem fori. haec disputatio et hoc ius, quod sine scripto venit compositum a prudentibus, propria parte aliqua non appellatur, ut ceterae partes iuris suis nominibus designantur, datis propriis nominibus ceteris partibus, sed communi nomine appellatur ius civile.

6. Deinde ex his legibus eodem tempore fere actiones compositae sunt, quibus inter se homines disceptarent: quas actiones ne populus prout vellet institueret, certas sollemnesque esse voluerunt: et appellatur haec pars iuris legis actiones, id est legitimae actiones. et ita eodem paene tempore tria haec iura nata sunt: lege duodecim tabularum ex his fluere coepit ius civile, ex isdem legis actiones compositae sunt. omnium tamen harum et interpretandi scientia et actiones apud collegium pontificum erant, ex quibus constituebatur, quis quoquo anno praeesset privatis. et fere populus annis prope centum hac consuetudine usus est.

3. Po wygnaniu królów – mocą ustawy trybunów – wszystkie te ustawy odwołano i lud rzymski znowu zaczął rządzić się prawami zgola niepewnymi oraz zwyczajami, a nie uchwalanymi ustawami. W ten sposób minęło prawie dwadzieścia lat.

4. Później – aby tak dłużej nie było – z upoważnienia publicznego powołano dziesięciu mężów, przez których chciano prosić społeczeństwa greckie o ustawy oraz ustanowić prawa państwowe. Ustawy te spisano na tablicach z kości słoniowej i umieszczono przed mównicą, aby były szerzej znane. Mężom tym dano na ten rok najwyższe prerogatywy w państwie, aby i poprawiali ustawy, gdyby to było konieczne, i je interpretowali oraz aby nie było odwołania od ich decyzji, tak jak to było w przypadku innych urzędników. Sami ci mężowie uznali, że czegoś brakuje tym pierwszym ustawom i tak w kolejnym roku dodali do tych dziesięciu dwie następne tablice: w ten sposób nazwano je Ustawami XII Tablic. Niektórzy twierdzili, że ich projekt zgłosił decemwirom pewien Hermodorus, wygnaniec z Efezu.

5. Po wydaniu tych ustaw zaczęła się dyskusja (jak to ma zwyczaj się zdarzać – interpretacja wymaga opinii prawników). Dyskusja ta i prawo, które tworzyli prawnicy bez spisywania go, nie ma swojej nazwy, jak to bywa z pozostałymi częściami prawa, ale są określane wspólną nazwą *ius civile*.

6. Wreszcie, na podstawie tych ustaw, prawie w tym samym czasie ułożono skargi, przy których pomocy ludzie rozstrzygali spory między sobą. Aby lud tych skarg nie ustalał według swojej woli, postanowiono, że będą one pewne i uroczyste. Ta część prawa nazywana jest *legis actiones*, czyli skargami prawnymi. Te trzy części prawa narodziły się niemal w tym samym czasie: z Ustaw XII Tablic zaczęło wypływać *ius civile*, a na ich podstawie ułożono *legis actiones*. Wiedza dotycząca interpretacji ich wszystkich oraz treść skarg znana była kolegium pontyfików. Spośród nich wybierano osobę, która w danym roku miała przewodzić ludziom prywatnym. Tego zwyczaj u lud trzymał się przez ponad sto lat.

7. Postea cum Appius Claudius proposuisset et ad formam redigisset has actiones, Gnaeus Flavius scriba eius libertini filius subreptum librum populo tradidit, et adeo gratum fuit id munus populo, ut tribunus plebis fieret et senator et aedilis curulis. hic liber, qui actiones continet, appellatur ius civile Flavianum, sicut ille ius civile Papirianum: nam nec Gnaeus Flavius de suo quicquam adiecit libro. augescente civitate quia deerant quaedam genera agendi, non post multum temporis spatium Sextus Aelius alias actiones composuit et librum populo dedit, qui appellatur ius Aelianum.

8. Deinde cum esset in civitate lex duodecim tabularum et ius civile, essent et legis actiones, evenit, ut plebs in discordiam cum patribus perveniret et secederet sibi iura constitueret, quae iura plebi scita vocantur. mox cum revocata est plebs, quia multae discordiae nascebantur de his plebis scitis, pro legibus placuit et ea observari lege Hortensia: et ita factum est, ut inter plebis scita et legem species constituendi interesset, potestas autem eadem esset.

9. Deinde quia difficile plebs convenire coepit, populus certe multo difficilior in tanta turba hominum, necessitas ipsa curam reipublicae ad senatum deduxit: ita coepit senatus se interponere et quidquid constituisset observabatur, idque ius appellabatur senatus consultum.

10. Eodem tempore et magistratus iura reddebant et ut scirent cives, quod ius de quaque re quisque dicturus esset seque praemunirent, edicta proponebant. quae edicta praetorum ius honorarium constituerunt: honorarium dicitur, quod ab honore praetoris venerat.

11. Novissime sicut ad pauciores iuris constituendi vias transisse ipsis rebus dictantibus videbatur per partes, evenit, ut necesse esset rei publicae per unum consuli (nam senatus non perinde omnes provincias probe gerere poterant): igitur constituto principe datum est ei ius, ut quod constituisset, ratum esset.

7. Później, kiedy Appius Claudius spisał skargi, Gnaeus Flavius, skryba, syn jego wyzwolenca, przekazał ludowi zabraną księgę. Dar ten był tak miły ludowi, że Flavius został i trybunem ludowym, i senatorem, i edylem kurulnym. Księga ta, która zawiera skargi, nazywa się *ius civile Appianum*, tak jak tamta *ius civile Papirianum*: Gnaeus Flavius również nic od siebie nie dodał do tej księgi. Ponieważ wzrastającej społeczności brakowało rodzajów powództw, po niedługim czasie Sextus Aelius ułożył inne skargi i dał ludowi księgę, która nazywa się *ius Aelianum*.

8. Wreszcie, kiedy społeczeństwo miało już Ustawy XII Tablic i *ius civile*, miało też *legis actiones*, zdarzyło się, że plebs popadł w niezgodę z patrycjuszami, odszedł z Rzymu i uchwalił dla siebie prawa, które noszą miano plebiscytów. Kiedy wkrótce sprowadzono plebs z powrotem, rodziło się wiele sporów związanych z owymi plebiscytami i dlatego zrównano je z ustawami na mocy ustawy *lex Hortensia*: i zrobiono tak, że ustawy różnią się od plebiscytów jedynie sposobem uchwalania, ich moc jest bowiem jednakowa.

9. Następnie, ponieważ pojawiły się trudności ze zgromadzeniami plebsu, a lud zgromadzić było na pewno jeszcze trudniej z powodu tak dużej liczby ludności, sama konieczność powierzyła pieczę nad państwem senatowi: w ten sposób doszedł senat i cokolwiek postanowił, było to przyjmowane, a prawo to nazywano *senatusconsultum*.

10. W tym samym czasie także urzędnicy wydawali prawa i, aby obywatele wiedzieli, jakie prawo na dany temat wydał każdy z nich, ogłaszali edykty. Te właśnie edykty pretorów złożyły się na *ius honorarium*. Mówi się o nim *honorarium*, ponieważ wywodzi się od godności petora.

11. Ostatecznie, podobnie jak same wydarzenia doprowadziły do zmniejszenia liczby dróg stanowienia prawa, tak konieczne stało się, aby państwem zarządzała jedna osoba (senat nie potrafił nawet uczciwie zarządzać prowincjami). Po ustanowieniu zatem princepsa, nadano mu prawo, żeby, cokolwiek postanowił, miało moc prawną.

12. Ita in civitate nostra aut iure, id est lege, constituitur, aut est proprium ius civile, quod sine scripto in sola prudentium interpretatione consistit, aut sunt legis actiones, quae formam agendi continent, aut plebi scitum, quod sine auctoritate patrum est constitutum, aut est magistratuum edictum, unde ius honorarium nascitur, aut senatus consultum, quod solum senatu constituente inducitur sine lege, aut est principalis constitutio, id est ut quod ipse princeps constituit pro lege servetur.

13. Post originem iuris et processum cognitum consequens est, ut de magistratuum nominibus et origine cognoscamus, quia, ut exposuimus, per eos qui iuri dicundo praesunt effectus rei accipitur: quantum est enim ius in civitate esse, nisi sint, qui iura regere possint? post hoc dein de auctorum successione dicemus, quod constare non potest ius, nisi sit aliquis iuris peritus, per quem possit cottidie in melius produci.

14. Quod ad magistratus attinet, initio civitatis huius constat reges omnem potestatem habuisse.

15. Isdem temporibus et tribunum celerum fuisse constat: is autem erat qui equitibus praeerat et veluti secundum locum a regibus optinebat: quo in numero fuit Iunius Brutus, qui auctor fuit regis eiciendi.

16. Exactis deinde regibus consules constituti sunt duo: penes quos summum ius uti esset, lege rogatum est: dicti sunt ab eo, quod plurimum reipublicae consulerent. qui tamen ne per omnia regiam potestatem sibi vindicarent, lege lata factum est, ut ab eis provocatio esset neve possent in caput civis Romani animadvertere iniussu populi: solum relictum est illis, ut coercere possent et in vincula publica duci iuberent.

17. Post deinde cum census iam maiori tempore agendus esset et consules non sufficerent huic quoque officio, censores constituti sunt.

12. I tak nasze społeczeństwo rządzi się albo prawem, czyli ustawą, albo też własnym *ius civile*, które nie jest spisane, tylko opiera się na interpretacji prawników, albo *legis actiones*, które zawierają formę procesu, albo plebiscytami, które uchwała się bez zgody senatu, albo edyktami urzędników, skąd pochodzi *ius honorarium*, albo *senatusconsultum*, które jest wprowadzane nie na mocy ustawy, ale z woli senatu, albo też konstytucją princepsa, a to, co ustanowi princeps, ma moc ustawy.

13. Następną sprawą, którą należy poznać po pochodzeniu prawa, jest proces. Dowiemy się zatem o nazwach i pochodzeniu urzędów, ponieważ, jak wyjaśniliśmy, przez tych, którzy przewodniczą wymiarowi sprawiedliwości, można poznać jego konstrukcję. Jak bowiem ma funkcjonować prawo w społeczeństwie, jeśli nie ma tych, którzy mogą wykonywać prawa? Później powiemy o następstwie prawników, ponieważ prawo nie może istnieć, jeżeli nie ma jakiegoś znawcy prawa, dzięki któremu stawałoby się ono z każdym dniem lepsze.

14. Jeśli chodzi o urzędy, to wiadomo, iż na początku istnienia państwa całą władzę dzierżyli królowie.

15. W tychże czasach istniał również trybun jazdy: to on bowiem dowodził konnicą i zajmował jakby drugie miejsce po królu. W ich liczbie znajdował się Iunius Brutus, który był inicjatorem wygnania króla.

16. Po wygnaniu królów powołano dwóch konsulów. Ustawą postanowiono, że w ich mocy było używanie najwyższych praw. Nazywano ich tak od tego, że wiele postanawiali w sprawach państwa. Aby jednak nie uzurpowali sobie władzy królewskiej, zastrzeżono ustawą, aby od ich postanowień istniała możliwość odwołania (*provocatio*) i aby nie mogli orzekać kary śmierci bez zgody ludu. Pozostawiono im jedynie możliwość zmuszania i nakazywania uwięzienia.

17. Potem, kiedy od dłuższego czasu należało przeprowadzić spis ludności (*census*), a konsulowie nie podołali temu obowiązkowi, powołano cenzorów.

18. Populo deinde aucto cum crebra orerentur bella et quaedam acriora a finitimis inferrentur, interdum re exigente placuit maioris potestatis magistratum constitui: itaque dictatores proditi sunt, a quibus nec provocandi ius fuit et quibus etiam capitis animadversio data est. hunc magistratum, quoniam summam potestatem habebat, non erat fas ultra sextum mensem retineri.

19. Et his dictatoribus magistri equitum iniungebantur sic, quo modo regibus tribuni celerum: quod officium fere tale erat, quale hodie praefectorum praetorio, magistratus tamen habebantur legitimi.

20. Isdem temporibus cum plebs a patribus secessisset anno fere septimo decimo post reges exactos, tribunos sibi in monte sacro creavit, qui essent plebei magistratus. dicti tribuni, quod olim in tres partes populus divisus erat et ex singulis singuli creabantur: vel quia tribuum suffragio creabantur.

21. Itemque ut essent qui aedibus praessent, in quibus omnia scita sua plebs deferebat, duos ex plebe constituerunt, qui etiam aediles appellati sunt.

22. Deinde cum aerarium populi auctius esse coepisset, ut essent qui illi praessent, constituti sunt quaestores, qui pecuniae praessent, dicti ab eo quod inquirendae et conservandae pecuniae causa creati erant.

23. Et quia, ut diximus, de capite civis Romani iniussu populi non erat lege permissum consulibus ius dicere, propterea quaestores constituebantur a populo, qui capitalibus rebus praessent: hi appellabantur quaestores parricidii, quorum etiam meminit lex duodecim tabularum.

24. Et cum placuisset leges quoque ferri, latum est ad populum, uti omnes magistratu se abdicarent, quo decemviri constituti anno uno cum magistratum prorogarent sibi et cum iniuriose tractarent neque vellent deinceps sufficere magistratibus, ut ipsi et factio sua perpetuo rem publicam occupatam retineret: nimia atque aspera dominatione eo rem perduxerant, ut exercitus a re publica secederet. initium fuisse secessionis dicitur Verginius quidam, qui cum animadvertisset Appium Claudium contra ius, quod ipse ex vetere

18. Kiedy zaś wzrosła liczebność ludu, a często wybuchały wojny i sąsiedzi wszczynali coraz to okrutniejsze zatargi, po rozważeniu tej sprawy powołano urzędnika dysponującego większą władzą: w ten sposób mianowano dyktatorów, od decyzji których nie było odwołania i którym dano również prawo orzekania kary śmierci. Ponieważ urzędowi temu przysługiwała najwyższa władza, nie wolno było sprawować go dłużej niż sześć miesięcy.

19. Do dyktatorów dołączano dowódców jazdy, tak jak królom towarzyszyli trybuni jazdy. Stanowisko to było prawie takie samo jak dzisiaj urząd prefekta pretorianów, uznawano ich jednak za urzędników ustawowych.

20. W tych samych czasach plebs, odszedłszy od patrycjuszy, mniej więcej w roku siedemdziesiątym po wygnaniu królów, ustanowił sobie na świętej górze trybunów, którzy byli urzędnikami plebejskimi. Nazwano ich trybunami, bowiem niegdyś lud podzielony był na trzy części, z których każdej wybierano jednego, lub ponieważ wybierano ich głosami *tribus*.

21. Podobnie, aby były osoby zajmujące się budynkami, w których plebs odbywał swoje wszystkie zgromadzenia, powołano spośród plebsu dwóch urzędników nazywanych edylami.

22. Kiedy znowu powiększał się skarbiec ludu, to – aby były osoby zajmujące się nim – powołano kwestorów, którzy odpowiadali za pieniądze. Nazwano ich tak dlatego, że ich zadaniem było dochodzenie i przechowywanie pieniędzy.

23. A ponieważ, jak powiedzieliśmy, wedle ustawy konsulom nie było wolno bez zgody ludu decydować o śmierci obywatela rzymskiego, lud powołał kwestorów, którzy przewodzili sprawom gardłowym. Nazywano ich kwestorami do spraw zabójstw (*quaestores paricidii*), a wspomina ich także Ustawa XII Tablic.

24. A kiedy uznano za stosowne wydanie ustaw, zaproponowano ludowi, aby wszyscy zrzekli się urzędów w tym roku, na który powołano decemwirów. Oni jednak przedłużyli czas swojego urzędowania, rządili niesprawiedliwie i nie chcieli się zadowolić zwykłą kolejnością sprawowania urzędów, aby oni i ich ugrupowanie na zawsze objęły władzę w państwie. Zbyt surowymi rządami

iure in duodecim tabulas transtulerat, vindicias filiae suae a se abduxisse et secundum eum, qui in servitutem ab eo suppositus petierat, dixisse captumque amore virginis omne fas ac nefas miscuisse: indignatus, quod vetustissima iuris observantia in persona filiae suae defecisset (utpote cum Brutus, qui primus Romae consul fuit, vindicias secundum libertatem dixisset in persona Vindicis Vitelliorum servi, qui proditionis coniurationem indicio suo detexerat) et castitatem filiae vitae quoque eius praeferendam putaret, arrepto cultro de taberna Ianionis filiam interfecit in hoc scilicet, ut morte virginis contumeliam stupri arceret, ac protinus recens a caede madenteque adhuc filiae cruore ad commilitones confugit. qui universi de Algido, ubi tunc belli gerendi causa legiones erant, relictis ducibus pristinis signa in Aventinum transtulerunt, omnisque plebs urbana mox eodem se contulit, populique consensu partim in carcere necati. ita rursus res publica suum statum recepit.

25. Deinde cum post aliquot annos duodecim tabulae latae sunt et plebs contenderet cum patribus et vellet ex suo quoque corpore consules creare et patres recusarent: factum est, ut tribuni militum crearentur partim ex plebe, partim ex patribus consulari potestate. hique constituti sunt vario numero: interdum enim viginti fuerunt, interdum plures, nonnumquam pauciores.

26. Deinde cum placuisset creari etiam ex plebe consules, coeperunt ex utroque corpore constitui. tunc, ut aliquo pluris patres haberent, placuit duos ex numero patrum constitui: ita facti sunt aediles curules.

27. Cumque consules avocarentur bellis finitimis neque esset qui in civitate ius reddere posset, factum est, ut praetor quoque crearetur, qui urbanus appellatus est, quod in urbe ius redderet.

doprowadzili do tego, że wojsko odeszło z państwa. Mówi się, że secesję tę zapoczątkował niejaki Verginius, który dowiedział się, że Appius Claudius niezgodnie z prawem, które sam ze starego prawa wprowadził do dwunastu tablic, odmówił mu przyznania na czas sporu jego własnej córki, a przyznał ją temu, który – przez niego podstawiony – żądał uznania jej za niewolnicę. Powodowany miłością do dziewczyny pomylił to, co się godzi z tym, co niegodne. Oburzony Verginius, jako że Appius Claudius w sprawie jego córki sprzeniewierzył się najstarszym prawom (na przykład Brutus, pierwszy konsul Rzymu, przyznał na czas sporu wolność Vindexowi, niewolnikowi Vitelliusów, który swoim zeznaniem wydał spisek zdrajców), uznał, że czystość córki należy przedłożyć nawet nad jej życie i porwawszy nóż ze sklepu rzeźnika, zabił córkę, aby przez jej śmierć powstrzymać hańbę cudzołóstwa. Tuż po zabójstwie, ociekając krwią córki, schronił się wśród towarzyszy broni. Wszyscy oni z Algidum, gdzie znajdowały się legiony z powodu toczonej wojny, opuściwszy wodzów ponieśli sztandary na wzgórze Aventinum. Cały plebs miejski wkrótce się tam przeniósł i – zgodną wolą ludu – decemwirowie zostali uwięzieni i zgładzeni. W ten sposób powrócił ustrój republikański.

25. Po kilku latach od wydania dwunastu tablic plebs spierał się z patrycjuszami i chciał także ze swego grona wyłaniać konsulów, a patrycjusze odmawiali: stało się tak, że trybunów wojskowych z władzą konsularną wyłaniano częściowo spośród plebsu, a częściowo spośród patrycjuszy. Wybierano różną ich liczbę: niekiedy było ich dwudziestu, niekiedy więcej, a często mniej.

26. Potem, kiedy spodobało się również spośród plebejuszy wyłaniać konsulów, zaczęto ich wybierać z obu tych grup. Wtedy, aby patrycjusze mieli nieco więcej, wyłaniano spośród nich dwóch. W ten sposób powołano edylów kurulnych.

27. Kiedy konsulów odwołano na wojny z sąsiadami i w państwie nie było nikogo, kto mógłby egzekwować prawo, stworzono urząd pretora, którego nazwano miejskim, ponieważ wykonywał prawo w mieście.

28. Post aliquot deinde annos non sufficiente eo praetore, quod multa turba etiam peregrinorum in civitatem veniret, creatus est et alius praetor, qui peregrinus appellatus est ab eo, quod plerumque inter peregrinos ius dicebat.

29. Deinde cum esset necessarius magistratus qui hastae praeessent, decemviri in litibus iudicandis sunt constituti.

30. Constituti sunt eodem tempore et quattuorviri qui curam viarum agerent, et triumviri monetales aeris argenti auri flatores, et triumviri capitales qui carceris custodiam haberent, ut cum animadverti oporteret interventu eorum fieret.

31. Et quia magistratibus vespertinis temporibus in publicum esse inconveniens erat, quinqueviri constituti sunt cis Tiberim et ultis Tiberim, qui possint pro magistratibus fungi.

32. Capta deinde Sardinia mox Sicilia, item Hispania, deinde Narbonensi provincia totidem praetores, quot provinciae in dicionem venerant, creati sunt, partim qui urbanis rebus, partim qui provincialibus praeessent. deinde Cornelius Sulla quaestiones publicas constituit, veluti de falso, de parricidio, de sicariis, et praetores quattuor adiecit. deinde Gaius Iulius Caesar duos praetores et duos aediles qui frumento praeessent et a Cerere cereales constituit. ita duodecim praetores, sex aediles sunt creati. divus deinde Augustus sedecim praetores constituit. post deinde divus Claudius duos praetores adiecit qui de fideicommisso ius dicerent, ex quibus unum divus Titus detraxit: et adiecit divus Nerva qui inter fiscum et privatos ius diceret. ita decem et octo praetores in civitate ius dicunt.

33. Et haec omnia, quotiens in re publica sunt magistratus, observantur: quotiens autem proficiscuntur, unus relinquitur, qui ius dicat: is vocatur praefectus urbi. qui praefectus olim constituebatur: postea fere Latinarum feriarum causa introductus est et quotannis observatur. nam praefectus annonae et vigilum non sunt magistratus, sed extra ordinem utilitatis causa constituti sunt. et tamen hi, quos Cistiberes diximus, postea aediles senatus consulto creabantur.

28. Po kilku latach, kiedy ten pretor nie wystarczał, ponieważ do państwa przybyło wielu cudzoziemców, powołano drugiego pretora, którego nazywamy pretorem do spraw cudzoziemców, ponieważ przede wszystkim rozstrzygał spory wśród cudzoziemców.

29. Wreszcie, kiedy potrzebny był urzędnik, który przewodniczyłby licytacom, powołano komisję dziesięciu mężów do spraw rozstrzygania sporów.

30. W tym samym czasie powołano komisję czterech mężów, którzy sprawowali zarząd drogami, komisję trzech mężów do spraw monet, odlewania złota, srebra i spiżu, komisję trzech mężów sprawujących pieczę nad więzieniami, którzy nadzorowali wykonywanie kar.

31. A ponieważ urzędnikom niewygodnie było przebywać w miejscu publicznym wieczorem, powołano komisje pięciu mężów z tej i z tamtej strony Tybru, które mogły działać w zastępstwie urzędników.

32. Po ustanowieniu prowincji Sardynii, a wkrótce i Sycylii, potem Hiszpanii, dalej Galii Narbońskiej powołano tylu pretorów, ile prowincji weszło pod władzę Rzymu; jedni zajmowali się sprawami miasta, a inni sprawami prowincji. Następnie Cornelius Sulla ustanowił sądy publiczne do spraw takich jak fałszerstwo, zabójstwo, morderstwo i dodał czterech pretorów. Potem Gaius Iulius Caesar ustanowił dwóch pretorów i dwóch edylów zarządzających zbożem nazwanych od Cerery *cereales*. W ten sposób ustanowiono dwunastu pretorów i sześciu edylów. Boski August ustanowił siedemnastu pretorów. Potem Boski Klaudiusz dodał dwóch pretorów, którzy sądzili w sprawach fideikomisów, z których jednego odjął Boski Tytus. Zaś Boski Nerwa dodał jednego, który sądził w sprawach między skarbem państwa a osobami prywatnymi. W ten sposób w państwie rozsądza spory osiemnastu pretorów.

33. Wszystko to widać, kiedy urzędnicy są w państwie. Kiedy bowiem wyruszają z Rzymu, pozostaje jeden, który zajmuje się sądownictwem. Nazywa się go prefektem miasta. Niegdyś ustanawiano go. Później wprowadzono go z powodu *feriae latinae* i co roku się go powołuje. Prefekci do spraw żywności i straży nie są urzędni-

34. Ergo ex his omnibus decem tribuni plebis, consules duo, decem et octo praetores, sex aediles in civitate iura reddebant.

35. Iuris civilis scientiam plurimi et maximi viri professi sunt: sed qui eorum maximae dignationis apud populum Romanum fuerunt, eorum in praesentia mentio habenda est, ut appareat, a quibus et qualibus haec iura orta et tradita sunt. et quidem ex omnibus, qui scientiam nanci sunt, ante Tiberium Coruncanium publice profectum neminem traditur: ceteri autem ad hunc vel in latenti ius civile retinere cogitabant solumque consultatoribus vacare potius quam discere volentibus se praestabant.

36. Fuit autem in primis peritus PUBLIUS PAPIRIUS, qui leges regias in unum contulit. ab hoc APPIUS CLAUDIUS unus ex decemviris, cuius maximum consilium in duodecim tabulis scribendis fuit. post hunc APPIUS CLAUDIUS eiusdem generis maximam scientiam habuit: hic Centemmanus appellatus est, Appiam viam stravit et aquam Claudiam induxit et de Pyrrho in urbe non recipiendo sententiam tulit: hunc etiam actiones scripsisse traditum est primum de usurpationibus, qui liber non exstat: idem Appius Claudius, qui videtur ab hoc processisse, R litteram invenit, ut pro Valesiis Valerii essent et pro Fusiis Furii.

37. Fuit post eos maximae scientiae SEMPRONIUS, quem populus Romanus σοφὸν appellavit, nec quisquam ante hunc aut post hunc hoc nomine cognominatus est. GAIUS SCIPIO NASICA, qui optimus a senatu appellatus est: cui etiam publice domus in sacra via data est, quo facilius consuli posset. deinde QUINTUS MUCIUS, qui ad Carthaginienses missus legatus, cum essent duae tesseræ positae una pacis altera belli, arbitrio sibi dato, utram vellet referret Romam, utramque sustulit et ait Carthaginienses petere debere, utram mallent accipere.

kami, ale powołuje się ich nadzwyczajnie w potrzebie. Ci, których nazywamy zatybrzańskimi, a także edylowie powoływani są na mocy *senatusconsultum*.

34. A zatem, w państwie jurysdykcję sprawowało dziesięciu trybunów plebejskich, dwóch konsulów, osiemnastu pretorów, sześciu edylów.

35. Nauką *ius civile* zajmowało się wielu znakomitych mężów. O tych z nich, którzy cieszyli się największą godnością u ludu rzymskiego, należy teraz wspomnieć, aby wiadomo było, dzięki komu prawa te narodziły się i zostały przekazane. I tak ze wszystkich, którzy posiadli wiedzę, nie wiadomo o nikim, kto uprawiałby ją publicznie przed Tiberiusem Coruncaniusem: inni bowiem przed nim uznawali, że prawo należy zachować w tajemnicy i zwykli udzielać jedynie porad prawnych, a nie nauczać chętnych.

36. Przede wszystkim był zatem uczony Publius Papirius, który zebrał w jedno ustawy królewskie. Po nim Appius Claudius, jeden z decemwirów, którego największym osiągnięciem było spisanie dwunastu tablic. Dalej Appius Claudius z tego samego rodu miał ogromną wiedzę: nazywano go Sturękim, wybudował Drogę Appijską i poprowadził akwedukt klaudyjski oraz doradził, aby nie przyjmować w mieście Pyrrusa. Również o nim mówi się, że jako pierwszy spisał skargi dotyczące *usurpatio*, która to księga nie zachowała się. Inny Appius Claudius, który wydaje się pochodzić od tego wynalazł literę „r” i tak z Valesii powstałi Valerii, a z Fusii – Furi.

37. Po nich ogromną wiedzą odznaczał się Sempronius, którego lud rzymski obdarzył mianem Σοφόνι – Mądry, a nikt ani przed nim, ani po nim nie otrzymał takiego przydomku. Gaius Scipio Nasica, który przez senat został nazwany Optimus – Najlepszy: publicznie przyznano mu dom na Via Sacra, aby łatwiej można się go było poradzić. Dalej był Quintus Mucius, który wysłany do Kartagińczyków jako poseł otrzymał dwie tabliczki: jedną z zapowiedzią pokoju, drugą – wojny i kiedy jemu pozostawiono wybór co do tego, którą z nich zawiezie do Rzymu, podniósł obie i powiedział, że to Kartagińczycy powinni poprosić o tę, którą woleliby otrzymać.

38. Post hos fuit TIBERIUS CORUNCANIUS, ut dixi, qui primus profiteri coepit: cuius tamen scriptum nullum exstat, sed responsa complura et memorabilia eius fuerunt. deinde SEXTUS AELIUS et frater eius PUBLIUS AELIUS et PUBLIUS ATILIUS maximam scientiam in profitendo habuerunt, ut duo Aelii etiam consules fuerint, Atilius autem primus a populo Sapiens appellatus est. Sextum Aelium etiam Ennius laudavit et exstat illius liber qui inscribitur 'tripertita', qui liber veluti cunabula iuris continet: tripertita autem dicitur, quoniam lege duodecim tabularum praeposita iungitur interpretatio, deinde subtexitur legis actio. eiusdem esse tres alii libri referuntur, quos tamen quidam negant eiusdem esse: hos sectatus ad aliquid est Cato. deinde MARCUS CATO princeps Porciae familiae, cuius et libri exstant: sed plurimi filii eius, ex quibus ceteri oriuntur.

39. Post hos fuerunt PUBLIUS MUCIUS et BRUTUS et MANILIUS, qui fundaverunt ius civile. ex his Publius Mucius etiam decem libellos reliquit, Brutus septem, Manilius tres: et extant volumina scripta Manilii monumenta. illi duo consulares fuerunt, Brutus praetorius, Publius autem Mucius etiam pontifex maximus.

40. Ab his profecti sunt PUBLIUS RUTILIUS RUFUS, qui Romae consul et Asiae proconsul fuit, PAULUS VERGINIUS et QUINTUS TUBERO ille stoicus Pansae auditor, qui et ipse consul. etiam SEXTUS POMPEIUS Gnaei Pompeii patruus fuit eodem tempore: et COELIUS ANTIPATER, qui historias conscripsit, sed plus eloquentiae quam scientiae iuris operam dedit: etiam LUCIUS CRASSUS frater Publii Mucii, qui Munianus dictus est: hunc Cicero ait iurisconsultorum disertissimum.

41. Post hos QUINTUS MUCIUS Publii filius pontifex maximus ius civile primus constituit generatim in libros decem et octo redigendo.

42. Mucii auditores fuerunt complures, sed praecipuae auctoritatis AQUILIUS GALLUS, BALBUS LUCILIUS, SEXTUS PAPIRIUS, GAIUS IUVENTIUS: ex quibus Gallum maximae auctoritatis apud populum fuisse Servius dicit. omnes tamen hi a Servio Sulpicio nominantur: alioquin per se eorum scripta non talia exstant, ut ea omnes appetant: denique nec versantur omnino scripta eorum inter manus ho-

38. Po nich był Tiberius Coruncanius, który – jak mówiłem – jako pierwszy zaczął występować publicznie. Nie zachowało się żadne z jego pism, ale jego odpowiedzi prawne (*responsa*) były liczne i godne zapamiętania. Następnie Sextus Aelius i jego brat Publius Aelius oraz Publius Atilius odznaczyli się ogromną wiedzą w wystąpieniach publicznych, tak że dwóch Aeliusów było konsulami, Atilius zaś jako pierwszy został przez lud nazwany Sapiens, czyli Mądrym. Sextusa Aeliusa chwalili również Ennius, a zachowało się także jego dzieło zatytułowane *Tripertita*. Księga ta zawiera jakby zaczątki prawa: jest bowiem nazywana *Tripertita*, czyli trójdzielną, ponieważ do Ustawy XII Tablic dołączono interpretację, a dalej dodano *legis actio*. Podobno jego autorstwa są też trzy inne księgi, ale niektórzy temu przeczą: naśladował ich Cato. Po nich był Marcus Cato, głowa rodziny Porcii, którego dzieła zachowały się. Więcej jednak jest autorstwa jego syna, a z tych ksiąg wywodzą się kolejne.

39. Po tych byli Publius Mucius i Brutus, i Manilius, którzy złożyli podwaliny pod *ius civile*. Z nich Publius Mucius pozostawił dzieśnięć ksiąg, Brutus siedem, Manilius trzy: istnieją też pisma Maniliusa w zwojach. Brutus był pretorem, a pozostali dwaj konsulami, zaś Publius Mucius również najwyższym kapłanem (*pontifex maximus*).

40. U nich kształcili się Publius Rutilius Rufus, który był w Rzymie konsulem, a w Azji prokonsulem, Paulus Verginius i Quintus Tubero stoik, uczeń Pansy, także konsul. Również Sextus Pompeius, stryj Gnaeusa Pompeiusa, żył w tych czasach. A i Coelius Antipater, który spisywał historię, ale poświęcał się raczej sztuce wymowy niż nauce prawa oraz Lucius Crassus, brat Publiusa Muciusa, którego nazywano Munianus. Jego to Cicero nazywał najwymowniejszym spośród prawników.

41. Quintus Mucius, brat Publiusa, *pontifex maximus*, jako pierwszy uporządkował *ius civile* według gałęzi prawa w osiemnastu księgach.

42. Było wielu uczniów Muciusa, ale największym poważaniem cieszyli się Aquilius Gallus, Balbus Lucilius, Sextus Papirius, Gaius Iuventius. Servius twierdzi, że spośród nich największym szacunkiem u ludu cieszył się Gallus. Ich wszystkich wymienia Servius Sul-

minum, sed Servius libros suos complevit, pro cuius scriptura ipsorum quoque memoria habetur.

43. SERVIUS autem SULPICIUS cum in causis orandis primum locum aut pro certo post Marcum Tullium optineret, traditur ad consulendum Quintum Mucium de re amici sui pervenisse cumque eum sibi respondisse de iure Servius parum intellexisse, iterum Quintum interrogasse et a Quinto Mucio responsum esse nec tamen percepisse, et ita obiurgatum esse a Quinto Mucio: namque eum dixisse turpe esse patricio et nobili et causas oranti ius in quo versaretur ignorare. ea velut contumelia Servius tactus operam dedit iuri civili et plurimum eos, de quibus locuti sumus, audiit, institutus a Balbo Lucilio, instructus autem maxime a Gallo Aquilio, qui fuit Cercinae: itaque libri complures eius extant Cercinae confecti. hic cum in legatione perisset, statuam ei populus Romanus pro rostris posuit, et hodieque exstat pro rostris Augusti. huius volumina complura exstant: reliquit autem prope centum et octaginta libros.

44. Ab hoc plurimi profecerunt, fere tamen hi libros conscripserunt: ALFENUS VARUS GAIUS, AULUS OFILIUS, TITUS CAESIUS, AUFIDIUS TUCCA, AUFIDIUS NAMUSA, FLAVIUS PRISCUS, GAIUS ATEIUS, PACUVIUS LABEO ANTISTIUS Labeonis Antistii pater, CINNA, PUBLICIUS GELLIUS. ex his decem libros octo conscripserunt, quorum omnes qui fuerunt libri digesti sunt ab Aufidio Namusa in centum quadraginta libros. ex his auditoribus plurimum auctoritatis habuit Alfenus Varus et Aulus Ofilius, ex quibus Varus et consul fuit, Ofilius in equestri ordine perseveravit. is fuit Caesari familiarissimus et libros de iure civili plurimos et qui omnem partem operis fundarent reliquit. nam de legibus vicensimae primus conscribit: de iurisdictione idem edictum praetoris primus diligenter composuit, nam ante eum Servius duos libros ad Brutum perquam brevissimos ad edictum subscriptos reliquit.

picus. Nie ma jednak takich ich ksiąg, które byłyby przez wszystkich poszukiwane: w zasadzie ich pism w ogóle nie wertuje ręka ludzka, ale Servius korzystał z nich pisząc swoje dzieła i dlatego o nich pamiętamy.

43. Mówi się, że Servius Sulpicius – chociaż w mowach sądowych zajmował pierwsze miejsce, a już na pewno po Marcusie Tulliusie Ciceronie – przyszedł kiedyś do Quintusa Muciusa poradzić się odnośnie do sprawy sądowej swojego przyjaciela. Kiedy ten udzielił mu odpowiedzi prawnej, Servius niewiele rozumiał. Zapytał Quintusa jeszcze raz, ale znowu nie rozumiał i został za to zganiony przez Quintusa Muciusa: powiedział on bowiem, że nie godzi się, aby patrycjusz, nobil i mówca sądowy nie znał prawa, w którym się obraca. Servius zaś, dotknięty tym jak obelgą, zajął się *ius civile* i wiele słuchał tych, o których mówiliśmy, został wykształcony przez Balbusa Luciliusa, a najwięcej nauczył się od Aquiliusa Gallusa, który pochodził z Cerciny: jest wiele jego ksiąg napisanych właśnie w Cercinie. Kiedy Servius zmarł w czasie pełnienia poselstwa, lud rzymski umieścił jego pomnik przy mównicy, a i dzisiaj stoi on przy mównicy Augusta. Istnieje wiele zwojów jego autorstwa: zostawił bowiem prawie sto osiemdziesiąt ksiąg.

44. Wielu kształciło się u niego, ci jednak pisali książki: Alfenus Varus Gaius, Aulus Ofilius, Titus Caesius, Aufidius Tucce, Aufidius Namusa, Flavius Priscus, Gaius Ateius, Pacuvius Labeo Antistius, ojciec Labeona Antistiusa, Cinna, Publicius Gellius. Z tych dziesięciu, ośmiu pisało książki, z których wszystkie zebrał Aufidius Namusa w stu czterdziestu księgach. Największym szcunkiem wśród uczniów cieszyli się Alfenus Varus i Aulus Ofilius. Varus był konsulem, Ofilius trwał w stanie ekwickim. Był on bliskim przyjacielem Cezara i pozostawił liczne księgi o *ius civile*, które dotyczyły różnych części prawa. Jako pierwszy bowiem opisał ustawy o pięcioprocentowym podatku, a także jako pierwszy napisał księgę o edykcji pretora i jego jurysdykcji, ponieważ przed nim jedynie Servius pozostawił dwie bardzo krótkie księgi dotyczące edyktu.

45. Fuit eodem tempore et TREBATIUS, qui idem Corneli Maximi auditor fuit: AULUS CASCELLIUS, Quintus Mucius Volusii auditor, denique in illius honorem testamento Publium Mucium nepotem eius reliquit heredem. fuit autem quaestorius nec ultra proficere voluit, cum illi etiam Augustus consulatum offerret. ex his Trebatius peritior Cascellio, Cascellius Trebatio eloquentior fuisse dicitur, Ofilius utroque doctior. Cascellii scripta non exstant nisi unus liber bene dictorum, Trebatii complures, sed minus frequentantur.

46. Post hos quoque TUBERO fuit, qui Ofilio operam dedit: fuit autem patricius et transit a causis agendis ad ius civile, maxime postquam Quintum Ligarium accusavit nec optinuit apud Gaium Caesarem. is est Quintus Ligarius, qui cum Africae oram teneret, infirmum Tuberonem applicare non permisit nec aquam haurire, quo nomine eum accusavit et Cicero defendit: exstat eius oratio satis pulcherrima, quae inscribitur pro Quinto Ligario. Tubero doctissimus quidem habitus est iuris publici et privati et complures utriusque operis libros reliquit: sermone etiam antiquo usus affectavit scribere et ideo parum libri eius grati habentur.

47. Post hunc maximae auctoritatis fuerunt ATEIUS CAPITO, qui Ofilius secutus est, et ANTISTIUS LABEO, qui omnes hos audivit, institutus est autem a Trebatio. ex his Ateius consul fuit: Labeo noluit, cum offerretur ei ab Augusto consulatus, quo suffectus fieret, honorem suscipere, sed plurimum studiis operam dedit: et totum annum ita diviserat, ut Romae sex mensibus cum studiosis esset, sex mensibus secederet et conscribendis libris operam daret. itaque reliquit quadringenta volumina, ex quibus plurima inter manus versantur. hi duo primum veluti diversas sectas fecerunt: nam Ateius Capito in his, quae ei tradita fuerant, perseverabat, Labeo ingenii qualitate et fiducia doctrinae, qui et ceteris operis sapientiae operam dederat, plurima innovare instituit.

